Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sunt enim sibi uidebantur cum periculosius aegrotarent quando medicum
non cognoscentes occidebant; Cum ergo reprobarat. & deuitarat illorum
superbiam quid ait. Ideo uobis dico multi ab oriente & occidente uenient
non peregrinantes ad cognationem isrt uenient multi quibus dixit;
Omnes gentes plaudite manibus. & recumbent cum abraham in regno
caelorum. Non illos genuit carne sua abraham & uenient & recumbent cum illo in regno caelorum & filii ipsius erunt; Quare filii ipsius non nati de carne sed sequendo fidem ipsius. filii autem regni id.e. iudaei ibunt in tenebras exteriores illi erit ploratio & stridor dentium. damnabuntur in tenebras exteriores. quia nati sunt de carne abrahae & recumbent cum eo in regno caelorum;
Quia imitati sunt fidem abrahae. merito ergo & hic principes populorum conuenerunt cum domino abraham. quid & illi qui pertinebant ad dm abraham. Qnm dis fortes terrae ualde eleuatisunt. Quierant di populus illedi; Ut si illadi de qua dicitur iudicate in terme & uineam meam; Ibunt in tenebras exteriores: non recumbent cum abraham & isaac & iacob non conueniunt. cum domino abraham quare qnm dis fortes terrae. illi qui quierant dei fortes terrae psumentes de terra; de qua terra de se ipsis. quia omnis homo terra; homini enim dictum.e. terrae es & in terra ibis: deba autem homo de domino psumere & in desperare auxilium non de se. non enim terra pluit sibi aut luca sibi. quomodo autem terra de caelo expectat pluuiam & lucem. sic homo de domino deba expectare misericordiam & ueritatem: Illi ergo fortes terrae ualde eleuatisunt. Id.e. ualde superbierunt non sibi medicum necessarum putauerunt. & ideo in sua aegritudine remanserunt. & ipsa aegritudine ad mortem perducti sunt; Qui recisi sunt ramina naturales ut humilis inseretur oleaster. Qnm dis fortes eleuatisunt: teneamus ergo fri humilitatem caritatem pietatem quamuocatisumus illis reprobatis uelut sorum exemplo superbire timeamus;

EXPLICET DE PSALMO XLVI; INCIPIT DE PSALMO XLVII:

Titulus psalmi est. laus cantici filii chore secunda sabbati; de hoc quod dns donare dignabitur excipite tamquam filii firmamenta. secunda enim sabbati id.e. post diem primum quem dominicum dicimus. quae & iam secunda feria dicitur.